Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Gladiola vz emotoi-
dis et morsibus vene-
nosorum cum vino
potata scilicet. eius bi-
bitum torsionibus ventris vz
cum tertiana et periurium sudorem
commovet
Gariofil(us) ca. et sic. in 3o
virtutem habet confortandi
digestionem et consumendi et conso-
lidandi grossorum humiditatem et
ventositatem et ventrem consti-
pant cor et cerebrum confortant
Genciana ca. et sic. in 3o
vz puncture scorpionis
et epar sed et opilatione
splenis et vz contra antiquam
et febrem incite menstrua provocat
fetum mortuum educit
Galbanum ca. in 3o hu-
m(idum) in primo si ex eo pessa-
rium aut suffumigium
fiant menstrua provocat secundinam et
fetum mortuum educit valet
raucedine suffumigando valet
epilenticis et suffocationi matri-
cis Epith. morsibus reptilium
repugnat et super dolorem et
corrosionem dentium vz si cum
forti vino pregnanti detur
mortuum fetum celeriter excludit
et spasmaticis prodest
Gummi arabicum ca. et hu. est
simile dragaganti habet virtutem
lenitivam asperitatem et conglutina-
tivam et constrictivam Ideo valet
contra asperitatem et siccitatem vocis
et retinet conglutinando fluxum
ventris Item contra vomitum detur
pulvis eius cum pulvere cinamomi
et vz contra tussim siccam et
siccitatem ~~corporis~~ pectoris et

decoctio eius cum aqua ordei bibitur
Gariofilata herba valet
benedicta ca. et sic. in
2o vinum decoct. eius
confortat stomachum et removet dolorem
eius ab eo et provocat menstrua.
Grama solis. milium solis
ca. et sic. in tertio habet
virtutem diureticam. Ra-
dicum decoctionis eius et pul-
veris sumptus stranguiriam
patientibus vz et lapidem frangit
Git ca. et sic. in 2o. et
nascitur in frumento
virtutem habet diureticam
dissolvendi et consumendi contra
opilationem splenis et epatis re-
num stranguiriam dissinteriam
yliaca passione dolore stomachi ex
ventositate detur vinum decoc-
tionis vz contra lumbricos cum melle
Galanga est ca. et sic. et
vz frigiditatem stomachi et contra
ventositates in vino de-
cocto et naribus apposita con-
fortat cerebrum et reddit os
odoriferum
Gallitricum ca. et sic.
convenientem ex aqua decocti-
onis menstrua medi fiat
et menstrua provocat. et valet contra
dolorem lapidis succus eius potatus
vz se eius oculis immissus
Galla fructus eius est quercus
fri. et sic. in 3o. virtutem
habet constringendi Ideo
valet dissinteriam et omni fluxui
sanguinis restringendo et vomitui
pul. eorum vulneribus super
positus consolidat ea.